

V. CL.

D. JOAN. GUINTERI
ANDERNACI

GYNÆCIORUM

COMMENTARIUS,

DE GRAVIDARVM, PARTURIENTIVM,
Puerperarum & Infantium, cura.

Nunc primum è SCHENKIANA Biblio-
theca in lucem emissus.

ACCESSIT

ELENCHVS AVCTORVM, IN RE MEDICA
*cluentium, qui GYNÆCIA scriptis clara-
runt & illustrarunt.*

OPERA ET STUDIO

JOAN. GEORGI SCHENCKI

à GRAFENBERG, MEDICI,
Hagenoensis Poliatri.


SCIENTIA




ARGENTORATI

Impensis Lazari Zetzneri Bibliopole.

M. DC. VI.





VV. NOBIL. SAPIENTIA PRU-
DENTIA POLITICA CLUENTISS.
D N N.

COSS. MARESCALLO, SCABI-
NIS, XXIV. VIRVMQ. COLLEGIO,

SENATUS AMPLISS.

HAGENOENS, R. P. CLARISS.
S. ROM. IMPERI

CAMERAE ET OPIDI
PRAESIDIB.

ANTIDORON ET ANTILYTRON
OFFICII C.

IOAN. GEORGIUS SCHENCKIUS
A GRAENBERG, MEDICUS
I F C N

Salvandis VITA, SANGUINE, & locuple-
randis optumorum CIVV. honestiss.
Uxoribb. & Partubb.

*GYNÆCIA hacce NOVAVETERA,
è Vixradice rediuvua Animata,
retrastatis interpolata,*

XPHEEI & KTHSEI
PON. POS. PON.



4
SCHEDIASMA
IN GERMANUM FRATREM
SCRIPTUM A JOANNE ANDREA
SCHENCKIO, Medicinæ Tyronc.

Gaza latens latebris, diademata, vellera, gemma
Quæ terra recta, commoda rara parant.

Thesauros medicos, FRATER, medicæq; Parentis
Artis opes, diris detrahis è tenebris.

Quò cluat atq; magis Patris chartacea Gaza,
Excolishanc nobis splendidiore stylo.

Ne mihi SCHENCKI ADVM sis laudis ado-
rea SCHENCKI

Nomine sis dignus Patris, & arte tui.

IOANNI GEORGIO SCHEN-
CKIO Poliatro Hagenaviensi, IOAN-
NES ANDR. SCHENCKIUS.

Frater Fratri


D D D.

GYNÆCIORUM

HOC EST,

DE GRAVIDARUM, PARTURIENTIUM, PUERPERARUM ET
Infantium cura:

COMMENTARIOLUS.

 Um multa tristitia & incommoda
fœminis in fœtibus gerendis, e-
dendisque in lucem superveni-
re ex ignoratione & incuria so-
leant, cogitavi me rem Christia-
no Medico non indignam facturum, si, quæ
ipse tum gestationis tempore, tum in puerpe-
rio observare debeant, in brevem quasi cõ-
mentarium redigerem: ex quo non nihil ma-
gis eruditæ, meliore frui valetudine, & serva-
re fœtus, vivacioresque pareré, & à partu cor-
pus suum tueri queant.

PRIMIS MENSIBUS

Quæ cavenda.

QUamprimum igitur mulier uterum ge-
rere incœperit, quod facilè ex menstru-
is citra morbum & ætatem grandiore[m] re-
tentis cognoscet, ab omni vehementiore mo-
tu, & exercitio abstinebit, sive pedibus in-
ambulet, sive equo insideat, sive curru, aut

lectica gestetur. Nam ubi corpus validè nimis agitur, acetabula uteri aut dirumpi, aut laxius resolvi consueverunt, & paulò post abortus subsequi.

Adhæc cavebit diligenter gravida, ne brachia sublimius elevant, neque grave onus gestet, neque duris sellis insideat.

Exercitji autem, quod semper cibum etiã in aliis præcedet, loco, pededentim obambulat, vel corpus vel brachia leniter fricari, de mulceriq; permittat, lana filoq; diducendo commoveat,

Cibo boni succi, facilisque concoctionis, & potu vini non valentis, ac meraci nimium, sed paululum diluti, aut, si quæ abstemia sit, aqua, in qua cinnamomum incoctum sit, moderatè utatur. Alimenta autem dulcia, acria, flatuosaque non assumet: item jejunia, sitim, vigilias, mœrorem, tristitiam, iram, & omnem aliam animi perturbationem vitet.

Familiares ejus nihil quod aut insalubre, ostendent, aut etiam nominabunt, ne si id appetat illa, & non assequatur, abortui præbeant occasionem, aut foetus turpes notas inde reportet. Quod si verò pretam aut argillam, vel carbones desideret, fabæ cum saccharo coctæ offerantur.

TERTIO MENSE.

ANte quartum mensem exactum, nulla venæ

venæ incisione, nulloque medicamento purgante évacuetur.

Sin autem magna sanguinis copia, & morbus aliquis incidens, évacuationem desideret, cucurbitulas cû scarificatu adhibebis, humeris & brachio, maximè, quando his assueverit, paululùm extrahi poterit.

A QUARTO MENSE.

UBi jam Quartus transierit, mitti sanguis darique medicamentum solet, præsertim lene & benignum, cujusmodi gravidis & aliis teneris convenit. Atque hoc ad septimum usque mensem ex Hippocratis præcepto licet.

*QUINTO SEXTO ET
septimo Mense.*

ABillo deinceps tempore, nullum ex cõmemoratis jam remediis adhiberi solet & debet eò, quod fœtus nûc grandior majore alimento & sanguine indigeat, & nullã quoque medicamenti commotionem ferat.

Quanquàm mihi fœminæ aliquandò occurrerint, & adeò sanguine abundârint, ut nisi secundo mense illum detrahi curarent, tertio facerent abortum: aliæ rursus, nisi septimo & octavo idem facere tentarent, aut

non possent tam diu uterum gestare, aut foetū ederent emortuum.

Verum cum hæc paucis evenire soleant, omnib. concedi non possunt, sed singulis pro sua natura & constitutione consulendum est.

Hoc autem omnib. gravidis prohibendū est, ne ullo gestationis tempore sanguinem ex talo mitti cōcedant, sed ejus loco, si morb. requirat, mannæ uncia ex jure gallinaceo, aut cassiæ fistularis tantundem, aut Syrupi ex rosis albo rubentibus, maceratis in rore majali confecti, unciæ instar cum modica aqua cinnamomi paulò ante cibum tutò assumi potest.

Quod si alius tantum citra morbum astrictior sit, non alienum est jus pulli aut carnis vitulinæ elixæ, cum oleo, vel ex decocto malvæ, althææ, mercurialis, & lini clysterem per inferiora injici, minori tamen mensura, quā in aliis liberis dari solet, nempe decocti quicunce olei communis triente, sacchari sextante, cassiæ fistularis uncia. At Clysmi acriores, nec non glandes ex melle & sale cōfectæ, gravidis & puerperis in totum sunt noxiæ. Ex pingui carne suilla, quod laridum appellant, item ex sapore, aut vitellis ovorū, falis expertos commendantur. Sin autem clysterem nolit, vel ob pudorem, vel quod nō assueverit aliàs admittere, crudum vitellum

unum, aut alterum ovi recens, positi ex recenti gallinaceo, aut pisorum modicè coctorum jure calido adhuc dilutum cum momento salis & sacchari, sorbitiunculæ modo paulò ante cibum competit.

Quod si venter flatibus interdum distendatur, rectè facit fœniculi & anisi semen in pulverem redactum, mellique mixtum, aut enim saccharo tragematis instar. Si verò crura & pedes intumescant, oxyrhodino cum momento salis inungatur.

OCTAVO MENSE.

Octavo mense, qui periculosus esse solet, cibi meliores, quàm copiosiores convenient. Ut autem tunc cibo detrahi, ita exercitia corporis augere oportet.

Quia igitur tunc gravidæ, ob humores acres & ventriculum rodentes, animo deficere, & debilitari consueverunt, rectè electuarium Diarhodon aut aromaticum rosatum, aut diamargariton manè ante cibum assumēt Interdum mellis paululùm delingent: Sicut cibi fastidio laborantibus, Zinziber viride saccharo conditum, quod bidianum vocamus aut cortices citri, malorumque medicorum saccharo imbutos, sicut etiam syrupos interdum gustare ex usu est. Gravida præterea utetur sæpiùs melle, fœtus corroborandi gra-

cia. Ubi non longè à partu est, quotidie ficus septem tostas ante cibum alium comedet, ne secundæ alligentur, sin autem alligatæ ad firmatæque fuerint, resolventur. Sed nec gravidæ vescantur falsis, ne fœtus absque unguibus nascatur.

NONOMENSE.

Nono mense vicinæ jam partui non ociò sæ erunt, nec multum sedebunt, nec subsidebunt: nec in latera decumbent, ut fœtus se benè vertere nequeat, sed supina decumbet. Non multum se etiam inclinabit, ne fœtus ligamētis suis umbilicalibus vinculis implicetur, unde sæpè mori cogitur. Obambulare autē & spaciari debet, magisque se ascendendo & descendendo acclivia exercere. Cibus utetur levibus & concoctu facilib⁹, ut prunis Damascenis cum saccharo, aut ficibus, uvisque passis ante cibum aliū. Deinde etiam lutea ovorū, carnes & juscula pullorum, avicularum, perdicum, phasianorū, pisces saxatiles bono jure. Atque tales cibi non solum hoc tantum mense, sed etiam duobus succedentibus conveniēt, ut partes naturales per eos dilatentur. Astringentia autē assaque alimenta, nec non oriza, ova dura, milium, & id genus alia in commodabunt.

Confert

Confert etiam balneum aquæ dulcis cum herbis emollientibus per intervalla usitatum Laconicum verò, quod stuphã vocant noxiũ.

A balneo venter oleo rosaceo et violaceo ungantur. Naturales autem particulae adipe gallinaceo, anserino, anatino, cum oleo liliaceo decoctoque seminis lini fœnigraci, altheæ, granorum cotoneorum, vel hoc quod sequitur,

LINIMENTUM.

Malvæ.

Altheæ singularum incisarum unc.

Seminis lini uncia.

Coquantur ex aquæ sextario ad dimidias. Ex hujus decocti jure sumentur uncia tres, olei irini, amigdalini, singulae uncia. Medullæ cervinæ uncia tres.

Hanc ex reliquis diluito, ac unctioe calida utitor. Quin etiã medulla cervi ex aqua rosacea diluta uti licet.

Diebus quatuordecim ante partum venter manè & vesperi vino cretico & aqua lavandulae irrigari debet, ut fœtus corroberetur valdè.

Quotidie panem tostum comedet, ne accrescat fœtui aliquid. *Dasß kein Gewächß werd.*

Tum naturalia hoc fotu demulcire debet.

FOTUS.

FOTUS.

Seminis lini triens.

Malvæ.

Althææ singularum concisarū. M. l.

Condantur sacco, coquanturque ex aqua mediocriter. Vaporem hujus decocti gravida quotidie manè & vesperi in sella perforata excipiet, cavens, ne ventus aliqua parte accedat: deinde linteo partes ita fotas abstergat, ut ventrem inguinaque uti prius inungat.

Proximo jam partu, ut dies circiter decem solum supersint, & si prægnans jam difficultatem & dolorem sentire incipiat, balneo quotidie utetur.

BALNEUM.

Malvæ.

Althææ, an. M. i.

Chamæmeli,

Mercurialis,

Adianthi an. M. s.

Seminis lini unc. iiij.

Hæc in aqua decoquantur, quanta ad balneum parandum satis est.

Non infideat autem fœmina folio nimis calido, nec altius, quàm paulò ultra umbilicum, nec diutius, quàm hora dimidia ei infideat, ne vires elanguescant. Præstat enim sæpius repetere, quàm longius immorari.

Quodsi

Quod si infessum aquæ ferre nequeat, spongia aut pannis in eo madefactis naturalia foveat.

Laconicum, ac sudatorium balneum eo tempore minimè convenit, sed noxium est, quanquam ad nos mulieres eo utantur.

Post lavacrum semper naturalia lumbi, ilia, umbilicus, latera, aliaque illis vicina à dipe quodam ex supra dictis, aut pingui medulla demulcebit. Imò etiam adipēs interdum liquefacti naturalibus rectè induuntur spongia aut canali clysteris, si uterus aridus atque ficcus, ipsa que prægnans corpore mæro atque gracili existat. Quin & suffitus ad partum facilem conducit utero adhibitus.

SUFFITUS GENITALIUM AD partum facilem procurandum.

Muscus ambarum, gallia muscata, lignū aloes, prunis ardentibus imposita, nec non hærba odorata, menta, pulegium, calamentum, origanum, majorana, gratiæ ac suavis sunt odoris, locos muliebres aperitunt, & ad inferiora trahunt.

Cavendum autem, ne hujusmodi aromatica naribus adhibeantur, sed potius pastilli ex Galbano, lasere, mirrha, vel ruta.

Cibus quis ex usu sit.

Tunc

Tunc etiam juscula ex gallinis, capis, & similibus assumere: Vinum autē lene & generosum, aqua dilutum bibere consilium est.

**CONCLAVE IN QUO
gravida pariet, quale.**

Non parum facit ad sc̄elicem partū, ut conclave, in quo partur iens agit, temperatum sit, hoc est, non nimis frigidum aut calidū. Nam illud uteri os claudit, hoc vires dissipat ac digerit. In æstate igitur, si calor urit pavimentum, folijs salicis, & pampinis vitis, aqua rosacea, cum modico aceti conspergi, irrorarique poterit. Per hyemem hypocaustum sublimē, modicè calefactum conveniet: aut conclave, quod foco perenni incaluerit, sicut in Italia, Gallia & aliis calidis regionibus fieri solet.

Hoc autem ubique expedit, ut particulæ naturales & vicinæ pannis moderatè calidis foveantur.

**PARTU INSTANTE QUID
agendum.**

Partu jam instante, & doloribus urgentibus, commodo erit, si alvus sua sponte descendat: sin autem astricta fuerit, sollicitari debet clystere leniore. Nam recrementis ejus dejectis, uterus, & viæ, per quas foetus transit minus comprimuntur, eòque facilior partus subse-

subsequitur. His probè curatis parturiens in lectulum, si tenera, imbecillis, crassa & carnosâ est, collocari debet. Paratur autem in hunc modum.

LECTULUS PARTURIENTIS
quomodo parandus & quibus.

Sacculus amplior ex lineo panno confectus stramine repleti debet, in terramque sterni, ut pars ejus superior sit elatior, quam inferior. Huic prægnans incumbet, ita ut reclinare, ac pèdere potius quam jacere videatur, pedibus ad se retractis, ne offendatur.

SELLA QUIBUS CON-
veniat.

Validæ ac robustæ in sellam collocentur quæ etiam posteriorem partem non rectam sed declivem aliquantum habeat, ut parturientes quasi resupinè insideant, pannis aut lacinjis tergo injectis.

In hac venter cum toto pondere citius quam in lectulo descendit. Verum sæpè fit, ut universus foetus ad uteri os procumbat, antequam id cum locis vicinis laxius patentiùsque evaserit, eoq; diutius ille hæerere inhibi cogatur, undè non exiguum vitæ periculû accedit.

*IN IPSO PARTUS ARTICULO
quid obstetrix aget.*

Ubi jam pariendi dolores magis magisque augeſcunt, obſtetrix oleo chamæmelino & liliorum alborum partes naturales intus ungat, nec prius parturientem in ſellâ quam uterum jam laxari atque reſolvi, humoresque largius emanare ſentiat, collocet,

Adhæc non ante illam ad labores conatusque adigat, quam partus ſe conſpectui exhibeat. Quippe irriti ſunt, & parturientis vires adeo convellunt, ut poſtea, cum opus illi erit, non ſufficiat.

Commodè autem ſedebit è regione parturientis, obſervabitque diligenter, quam in partem fœtus ſe moveat. Nam ſi is recta ad os uteri tendit, naturalia odoratis oleis demulcebit; Sin autem in latera declinet, ambabus manibus ventrem veluti reget, & moderabitur, ut ad os procedat. Si manus aut pes primùm ſe oſtendat, obſtetrix exigua & & blanda manu, foeni græci & ſeminis lini decoctio jure humectata, leniter in locum ſuum reducet.

Quædam fœminæ adeo arctum habent os uteri, ut citra auxilium vix aut nunquam fœtum excutere poſſint. Idque accidit varijs de cauſis: vel enim calor alienus à naturali ſuperveniens interiora nimis coarctat; vel ni-

mis grandis est foetus: vel parturiens iusto pinguior: vel foetus est mortuus, qui naturam motu iuvare nequit: vel etiã frigus, plerunque in hyeme, præsertim iuvenculis, quæ angustũ habent uteri ostiũ, adhuc magis adstringit: vel calor interdum in nonnullis adeo dissolvitur, ut viribus in foetu excutiendo deficiant. Cum itaque difficultas pariendi apparet, quamprimũ IESUS CHRISTUS unicus in periculis servator, ex animo invocandus, ut sua gratia miseræ parturienti adsit.

FOETU JAM PRODEUNTE in lucem.

Vbi jam foetus aut capite aut pedibus in lucem prodit, pariens animari debet, admoneri que, ut spiritum, quantum potest, reprimat, contineat que, ut eo conatu foetum excutiat. Obstetrix autem interea regionẽ uteri, quæ supra umbilicum est, manibus leniter comprimet, urgebit que foetum ad inferiora. Etsi astrictio uteri, partum reddit difficilem: parturiens in balneũ collocanda est, cui incoctæ sunt malvæ, foenigræci, lini semina & ordeï latera coxæ, atque ilia ex oleo rosaceo & violaceo inungantur. Crura validè fricentur. Oxysacchara cum menthæ & absynthji utrisque drachma semisse potui exhibeatur. Parturiens ipsa lentè per cubile ducatur. Qui assistunt parturienti vultum ejus

non inspiciant, ut quæ pudore afficiuntur, in partu, ut post illum, unde fit, ut minus acriter foetum edere conetur.

*SI SECUNDAE MINUS PROM-
te rumpantur.*

Quod si membrana foetum continens secundæ dictæ, quòd post foetum edatur, minus facilè rumpatur, sed pertinacius resistat, obstetrix unguibus suis dilacerare, aut digitis apprehensam forcipe foetu salvo, incidere debet.

Contra si secundis disruptis aut præcisis, humores omnes antè profluxerint, quam foetus prodeat, & naturales loci fuerint exiccati, adeps anserinus, cum oleo ex liliis albis, liquatus eis infundatur tepidus, aut albumen ovi cum vitello indatur.

*FOETU EXCUSO SI SECUN-
da adhuc retineantur, quid
agendum.*

Si foetu excusso secundæ adhuc retineantur pertinacius, sternutamentum excitari debet, si sponte non provenit, zinzibere, aut alio quodam acri naribus indito. Aut monocerotis cornuferi in pulverem redacti
scrup

scrupulus ex vino albo calidè bibendus; vel succus borraginis potui datus eas educit, quia facilè vomitum movet, eoque illè educuntur.

*ALIUD USU COMPROB-
atum ad secundas extrahendas.*

Sexleos

Mirrhe

Cinnamomi

Cassie odoratæ, an I s.

Cum aqua artemisie sumatur.

A L I A.

Pulvis lapidis gagatis potu sumtus.

Aut pulvis feminis malvæ drachmæ in-
star ex aqua calida. Aut suffitus ex ungu-
la caballina.

FOETUS MORTUI EDUCTIO.

SI fœtus mortuus fuerit, rutæ, artemi-
sæ, absinthii & piperis nigri singulis ad
pulverem tritis æquales partes, ex vino vel
aqua ceci lupini incocti sint, potui dabi-
tur. Aut verbena ex vino vel aqua vel a-
ceto. Satureja trita ligataque super ventrè
sive mortuum, sive vivum adhuc educit. Vel

butyrum cum melle ex vino, decoctum hypopi benè siccati ex aqua calida. Quod si his non cedit, ruta, arthemisia, oppopanæum, absinthium, trita ex modico oleo & saccharo, inguinibus vel umbilico imponantur. Ad hæc exuvium serpentis foeminæ circumdatum, cinguli modo. Idem potest lapis ætites, foemori alligatus, ubi foetus exiverit, statim amovetur, ne uterus simul à foetu edito prodeat. Quin etiam sternutatio sola partum accelerat, adhibenda autem ore & naribus constrictis, & zinzibere aut alio quodam illis indito. Hinc enim maxima vis spirituum ad interiora depellitur.

P U E R P E R A R U M A L V U S
astrieta, ut blandè solvenda.

Sialvum non dejicit primis puerperij diebus, ficum per medium dissectum univsumque in penicilli formam redigito: & glandis loco utitor ano subjiciens: aut granum coriandri saccharo conditum ano indito: aut carnem suillam sale conditam & glandis instar formatam, ano subdito: aut glandem ex sapone albo formatam ei applicato.

Quatuor aut quinque diebus à partu leni clystere ex selibra olei communis quadran-

te,

se, ordei decocti juris, sacchari sextante, vitello ovi trito licet uti.

Quod si octavo die nondum alvus satis respondet: cassiæ recenter extractæ, saccharo conditæ drachmæ tres, manè & vesperè ante cœnam assumantur, instar boli, & statim cibus ingeratur.

QUÆ AD LOCOS NATURALES adhibenda.

Quamprimùm foetus fuerit excussus, hoc astringens fomentum naturalibus admoveatur.

FOMENTUM.

Rosarum rubentium P. II.

In vini ex rubro nigricantis selibra, aquæ quadrante ad tertias decoquantur: deinde juri ovum integrum indatur commisceaturque hapsis cannabinis excepta locis applicentur, biduumque retineantur.

ALIUD.

Olei hypericonis triens,
Aquæ rosacæ sextans,
Succi Polygonij uncia.

Mixtis istis hapsi imbuti naturalibus admoveantur.

Unctio.

Venter autem statim etiam hoc unguento illinetur, ne rugas aut deformitatem acquirat, sed potius confirmetur, & in pristinam formam redeat.

Olei terebinthinæ sextante

Myrtei uncia,

Genituræ cati semuncia.

Hæc autem in oleis commemoratis liquari debet.

CINCTURA VENTRIS.

Post unctiōnem pellis canina probè à cerdone apparatus inunctaque olei myrtei sextante, mastichini uncia, olei hypericonis semuncia. Sed tam ampla esse debet, quæ totum ventrem compræhendat, paulò supra umbilicum usque ad naturalia, arctèque constringet eum, sed citra dolorem. Poterit autem commodè hoc fieri, si in latere sinistro filo suatur: calida satis ventri admoveatur, & linteis quadruplicibus aut sexuplicibus super contegatur, deligaturis idoneis

neis ea vincientibus, ut venter calidus conseruetur.

Naturalibus autem locis, à secundo die usque ad septimū, lintei oleo myrteo & hypericonis æquali portione imbuti applicentur.

SEPTIMO PUERPERII DIE.

Sex diebus exactis, septimo particulæ naturales hoc decocto foveantur.

Rosarum Rubrarum
Agrimonii,
Meliloti
Chamæmeli an. M. I.
Foliorum hypericonis.
Foliorum cotonei,
Myrtorum an. P. II.

Ex vino rubro crassoque & astringente cū modica aqua coquantur ad tertias: manè & vesperi ante somnum naturalia foveantur.

OCTAVO DIE.

Emplastrum ex albore ovi, & modico pipere paratum hapsisque cannabinis exceptū, ventri admovere convenit.

NONO DIE.

Si emplastrum hoc gratum non est, pellē caninam iterū oleo myrtheo & mastichino

imbucere, ventriq̄ue superimponere, & fascijs deligatum ad finem usque puerperii gestare conduçet.

LINIMENTUM AD LAC DISSIPANDUM.

Ut lac ad mammas regurgitans citra offensionem dissipetur, hoc linimento utendum erit.

Ceræ sextans,
Olei lini selibra,

Cera liquata fiat linimentum, quo lintei intincti mammillis pro earú amplitudine imponantur. Ubi jam discussum nec dolor amplius urget, alii lintei aqua stillatitias glandium imbuti, superimponantur. Verum hoc illis tantum consulo, quæ suum ipsæ foetum non lactant. Quod si etiam in lactantibus tumor ex copia conflatus in mammillis inflammationem minari videtur, priori illitu uti licet, glandium verò aqua abstinendum.

BALNEO QUANDO ET QUALI utendum.

A vigesimo die si masculus infans fuerit, vigesimo quinto, si femella, hoc utetur balneo.

Majo-

Majoranæ.

Pulegii

Meliloti

Hypericonis

Millefolij.

Pimpinellæ, an. M. III.

Foliorum lauri, p. II.

Corticum mali punici triens,

Farinæ fabarum veterum lib. ſ.

Farinæ ordei. lib. II.

Cummini contusi in pulveremq;
redacti, lib. III.

Herbas minutim concisas in sacculum condito: fabas autem, octeum, & cuminū alteri seorsim indito. Omnia simul in lebete grandi, qui aquæ duas partes, vini unam contineat, decoquantur pridie, quam balneo uti velit, & in dolium transfundatur, quod probè cōtegatur. Sequenti die balnei aquam recalefacito. Cavendum autem, ne nimium calenti lavacro infideant. Oportunum autem tempus erit, horis duabus ante cibum manè & vesperi. Cæterum puerpera sacculo, in quo farinæ sunt conditæ, infideat, sed non demissiùs, quàm ad usq; oris ventriculi regionem.

A L I U D.

Dolium, in quo fæces vini albi adhuc hærent, aqua fluviali impleatur, agiteturq; huc

illuc, ut omnia admisceantur, deinde sinantur rursus fæces subsidere.

In hac aqua coquantur

Folia lauri

Rosæ rubræ

Consolida utraque

Hypericum

Pulegium

Pimpinella, an. P. II.

Farinæ fabarum veterum lib. VI.

Farinæ ordei lib. II.

Puerpera insideat sacco, cui farinæ insunt, aut alteri, qui furfures tritici contineat.

AD TORSIONES VENTRIS

in puerperio.

Torsiones & rosiones ventris præcipuè quæ ex magno uteri in pariendo conatu & labore trahuntur: interdum etiam ex materia quadam biliosa intus contenta: interdum ex flatibus retentis.

EXTERNAREMEDIA.

Extrinsècus igitur valet egregiè muscus cybeticus, umbilico impositus. Adhæc oleum anethinum ventri tam calidum, quàm ferri potest, illutum.

INTERIORA AUXILIA IN CIBO.

Cibi loco vincit jus veteris galli, aut capi, cum modico anethi probè decocti, assumere.

Potus

P O T I O S.

Potioni autem convenit aqua ex saccharo & cinnamomo confecta, quam Hippocraticam vocant, quæ hoc modo componitur.

Aquæ coctæ, aut calentis adhuc sextariis ductus

Cinnamomi semuncia

Sacchari triens.

Piperis nigri grana tria.

Admisceantur, macerenturque horis sex, deinde colo, quam manicam Hippocratis officinæ appellant, trajici debent. Hæc potione puerpera utetur tepida, sed ad modum modice. Sin hanc fastidiat, vino tenui, leni, & claro: nisi febris impediatur.

Fit quoque potio ad dolores propter flatum retentos è melle & vino albo singulorum unciis duabus.

Nonnulli maxillæ lucii piscis, ambrae & zinziberis an. ℥. ex vino albo potu propinât.

NUTRICIS RATIO.

Infantî jam nato mel lingendum datur, postea lacte nutrietur materno, quod omnium optimè ei convenit. Sin autem ob necessitatè aliquam illo frui non potest, nutrix diligèda sana est: nec junior annis 24. nec profectior triginta quinque, colore albo rubenti, quæ non aliis vitiis

vitijs infecta, nec nimis recens puerpera fuerit, nec diutius lactaverit: māmillas non habeat infirmas, nec plus æquo amplas, sed pectus amplum, pinguis mediocriter. Cibi utetur electis concoctu facilibus & probum succum gignentibus. Abstineat aromaticis calidis, ut pipere, zinzibere, cardamonio & similibus: item porris, cæpis, alliis, salsis, austeris, acribusq;. Vinum efficax & valens, sicut aquam crudam vitet: cibi immoderacionem potusque fugiat; nam ea lac corrumpit, & pueris elephantiam, morbum comitialē, & alios morbos parit. Abstineat etiam à curis & solitudinibus, caveatque, ne menses irritentur.

Somno non nimis longo indulgebit: nam is reddit lac pituitosum. Similiter nec diutius æquo vigilabit: hinc enim lac calidius, acrius, & puero ingratum efficitur. Exercebit se probe præsertim brachiis, nempe sarciendo, texendo, nendo: hinc enim mali humores consumuntur, ut otio augentur.

Concubitus nutricis puerum valde offendit, ut qui primum lac imminuit: & id ingratum gustu reddit: calidumque & hircum respiciens, quod puero non parum incommodi parit. Qua de causa olim mariti fustibus, tanquam equi, ab uxoribus arcebantur.

Quod si lac minuatur, pulres ex farina fabarum

barum & oriza conveniunt : item ex pane similes, cum lacte & saccharo confecti: his additur non nihil etiam feminis fœniculi.

¶ Sin autem lac fuerit spissum, tum attenuari debet cibo tenui vinoque subtili, & syrupo acetoso, nec non exercitiis. Si tenue nimis & aquosum, alimenta crassa & valida, somnique longiores conveniunt.

Ad lactis corruptionē conveniet artemisiæ crassius contusæ pauculum & linteo panno impositum juscule indere, addito mellis momento.

INFANTIS CURA.

QUOD si alvus infantis fluida fuerit, alimenta crassa & valida somnique longiores erunt. Tam diu autem pueri lacte nutriantur, donec caninos dentes seu acutos, ediderint. Quod si ante hos vinum aut cerevisiā & alias poriones bibant, corrumpuntur; ubi verò dentes istos acquisierint, quotidie brachia ipsorum & spina post somnum leviter fricanda sunt.

BALNEUM AQUAE DULCIS

*pueris utile est, ut ex quo aurescant,
increscantque.*

IN aqua ad horæ quartam partem jejuni lavandi ante cibum, ita tamen, ut alvus prius descenderit: deinde oleo ex olivis calido illuendi, Non

Non parum refert, quomodo pueri fasciis involvantur: nam cum aut profus non illigantur: aut nimis laxæ sunt fasciæ, fluxionibus, abscessibus, gibberis & aliis incommodis sunt obnoxii: præcipuè autem claudi facillè redduntur, ubi genua ligantur, & crura manent libera.

Cum plorant aut dolorè sentiunt, aut dormire volunt, placandi sunt aut exhibita mamma, aut cantu, aut dimotione sive in cunis, sive in lectis pensilibus, sive gestatione. Observandum est, ut pueri rectè jaceant, sive decubant, non nimis tecti operimentis, nec nimium paucis, ut perfrigescant: adhæc ut lintea, quibus involvantur, sint munda. Nam sordibus ac excrementis infecti, pueri offenduntur.

A tertio anno usque ad septimum blandè sunt educandi, nõ severè objurgandi, aut verberandi, aliàs aut fiunt nimium meticulosi per totam ipsorum vitam, aut nimium attoniti ac fatui.

In primis adhuc annis non sunt ad imitationem cogendi, nam cum omnia ossa, cerè modo sunt mollia: & corpus gravius incidat, claudi aut in totum pedibus resoluti fient: cibus ter quotidie usque ad annum tertium dari illis debet, nã si nimis repleantur: convulsionibus & morbis aliis infestari solent.

Sexto & septimo anno ad ludos literarios sunt mittendi, credendiq; præceptoribus benignis & moderatis, qui eos non deterreant. An-

Ante hos annos non sunt ad labores duriores cogendi: alii non crescunt, sed parvi manorum instar manebunt.

MORBI INFANTIUM.

Ubi infans ægrotare incœpit, verbi gratia, morbo frigido, nutrix cibo ac potu calido siccoque alenda est, atque ita illico convalescit. Sic etiã ubi aliis morbis, ut feбри, corripitur, nutrix aqua plantaginis & similibus utetur. Pulciculæ puerorum ex mica panis contrita, quam ex farina paratæ salubriores existunt. Usq; ad annũ secundũ mel illis exhibendũ est sæpè, nam id convulsiones alviq; astrictionem & ne lactaria noceant, prohibet.

Cum infantes lac revomunt, corallium ex collo usque ad umbilicum eis suspēdendum est. Valet etiam ad dentes: idem præstat etiam ebur.

*MORBI ET SYMPTOMATA A
partu puerperis supervenientia,*

Ad torsiones ventris à partu.

A Partu sæpè fœminis torsiones & dolores superveniunt, nam uterus tanquam fera sylvestris ob subitam evacuationem, quasi vagando huc illuc, inclinatur. Venter itaque succo sambuci cum farina ordei & albumine ovi mixto, obduci debet. Vini calidi, in quo cyminum coctum fuerit, potio cōducit.

Suffitus

Suffitus autem ex styrace calamita, thure, semine, apij, singulis drachmæ instar, plurimum profuerit.

AD RUPTURAM GENITALIUM

& perinei, quæ ex partus difficultate accidit.

AD rupturam naturalium, quæ ex difficultate partus accidit, radicis consolidæ majoris exiccatae, cyminû & cinnamomi pulvis vulvæ inditus, valet.

Nonnullis perinæon rumpitur ex partu, ut unum inter uterum & anum fiat foramen, idemque cursus, unde sæpius uterus exit, indurescitque. Partes itaque affectæ vino calido, in quo butyrum resolutum fuerit, foveri debent, quousque uterus emollescat, & tunc leniter hic reponendus est, postea perinæon ruptam, tribus locis, vel quatuor, filo sericeo suctur: mox pannus lineæ utero juxta ipsius magnitudinem imponatur: postremò liquida pice oblinetur: nam ob hujus gravem odorem uterus retrahitur, Tandem rupturam pulvere ex consolidâ utraque & cumino super insperso curamus: puerpera autem in lecto collocanda est, sic ut pedes elatiores habeat: ibi ad dies octo vel novem continuos decumbet, cibum capiet, alvi excrementa, urinamque reddet. A balneo abstinebit tam diu quam diu sustinere possit: item ab ijs omnibus

quæ

quæ tussim movent, & à cibis, qui non facile concoquuntur. Ad hujusmodi periculum vitandum in partu, pila oblonga ex panno incutatur ano, & quotiens parturiens foetum edere conatur, illa valenter imprimatur, ne perinæ fiat disruptio.

AD FLATUS UTERI.

SI loci naturales flatus excipiant, qui inclusi dolorem pariunt, fofus ex decocto sinapi vel cepæ confert: vel in aliis quoque tanta sæpè flatuum copiâ infestat, ut foemore rupto, aut iliace videantur: quibus conducit balneum ex malva, parietaria, & similibus, & venter sæpè emolliendus. Diu autem in balneo morari oportet: deinde extra illud emplastrum extapfi barbati succo, rapistri & farina ordeï, calidè impositum, tum rursus balneo utendum.

AD PRURITUM.

SI partes illæ pruriant, ut foeminae illas scaldendo excoriant, unde pustulæ nascuntur, quæ maximè offendunt, ungi debent unguento quod ad ambusta inscriptum est. Recipit autem pomum unum, bolum armenû, mastichen, thus, oleum, vinum calidum, cæram & sævum. Sic autem paratur, pomum expurgatum interioribus & externis corticibus conclusum, ponitur in olla ad ignem

cum oleo, cæra & sævo, & eum inferbuerie mastiches, thus in pulverem redacta, imponuntur, deinde percolantur per pannum.

AD HAEMORRHAGIAM.

Quibus immoderatus fluxus accidit sanguinis, succum artemisiæ, salviæ, pulegii, persicariæ, & id genus aliarum herbarum, syrupi modo paratum exhibere convenit. Quinetiam balnea ex illis adhunc affectum parari solent: vel emplastro ex argilla mixta cum aceto quod dextro lateri imponatur. Si ex naribus fronti, & temporibus applicetur, pro lateris ratione, ex diametro habita. Non autem fit sanguinis fluor ex naribus, nisi masculus progignatur.

AD PROCIDENTIAM UTERI ex partu.

Balneum conducit ex artemisia, pulicaria, iunipero, camphora, absynthio decoctis ex aqua, in hoc puerpera insideat usque ad pectus: postea leniter lecto imponatur, decumbatque pedibus retractis, ut uterus in suum locum redeat.

Intromissus jam, pulvere pulegii, galangæ, spicæ nardi, nucis muschatæ, garyophyllatæ cû oleo moschellino & pulegii in pāniculū rarū & subtilē instar pilæ illigato & indito, atque os uteri obstrui, ut non iterū procidat. Cu-

dat. Cura a. ut retrorsum versus renes penetret: atq; ibi ligandum est, antequam autem id fiat, emplastrum ex baccis lauri, nasturtiis, thuris, cinnamomi singulis quod satis est, in pulverem redactis, & ad ignem calefactis misceatur mel. Id calidú adhuc renibus imponatur, & deligetur fascia, qua pila utero indita ligata est.

Puerpera verò dies novem & plures, si necesse fuerit, in lecto supinè decumbat: sic ut ne se dimoveat, nisi magna necessitas urgeat. Talis autem cibus ei dabitur, qui non facile per alvum descendat: nec urinam sæpè moveat. Jam verò egresso post partum imponimus lycinium comprimendo ne exeat: nisi cum urinam reddit. Tertio die balneum paramus, deinde pulveris ex zinziberis, piretri, cinnamomi singulorum æquis partibus inflantur, ne intumescat.

AD HAEMORRHOIDAS

à partu.

Hæmorrhoides ex vicio partus ortas curamus balneo ex absinthio, abrotano, cassia lignea, cortice fistulæ cassiæ, decoctis valenter ex vino: ubi puerpera egressa fuerit balneum, bombacem pulvere aloës, cum oleo pulegii mixto tinctam subjcito.

*AD DOLOREM MAMMILLARUM
ex lacte contractum.*

ARgilla aceto subacta emplastri modo valet, & lac astringit: sed locus prius aqua calida fovendus est.

*AD MAMMILLARUM
abscessum.*

EMplastrum ex althea, malva, absynthio, artemisia & axungia valet, ubi tumor in fastigium attolletur, nucleos contritos impone: Quod si abscessus non rumpitur, scalpello aperiatur, & paulum exprimito, ne ex subita evacuatione superveniat deterior vomica: rupto immitte Lyciniū bis vel ter quotidie vitello ovi illitū, & therobinthina, quod mirificas vires obtinet: quod si in fistulam abscessus transeat, radicem ellebori nigri intinctam oleo vel melle imponito. Vel pulverem ex lappa aspergito: his enim omnis fistula expurgat' & emoritur: modò nō fuerit inter ossa, quare tādū hęc administranda, donec eadem emoriatur, & exiccatur, postea ulcus curetur.

HACTENUS.

ΠΙΝΑΞ

Π Ι Ν Α Ε

AUCTORUM IN RE
MEDICA, GRÆCORUM, LATINO-
rum priscorum, Arabum, Latinobarbarorum,
Latinorum recentiorum, tum & pere-
grinis linguis cluentium, Exstan-
tium, MS. promissorum
vel desideratorum:

*QUI GYNAECIA, SIVE MU-
LIEBRIA PLENO ARGUMENTO
sive ex instituto scriptis excoluerunt
& illustrarunt.*

E' MAGNO OPERE PANDECTARUM,
ET PARTITIONUM MEDICINALIUM
propediem publicando, quo vel L E C O R U M C O M -
M U N I U M instar, vel I N D I C I S loco, in omnes
nostræ ætatis Medicinæ Auctores, Græcos, Latinos,
Arabes, Barbaros, Veteres & Recentiores lector eru-
dicus, magna commoditate, nec minore facilita-
te utetur, succinctius exscriptus.

AUCTORE

IOANNE GEORGIO SCHENCKIO
GRAFENBERG, MEDICO.

S
C
I
E
N
T
I
A



I
M
M
U
T
A
B
I
L
I
S.

ARGENTORATI,

Impensis Lazari Zetzneri Bibliopola
M. D C. V I.

MEDICI GRÆCI, ET GRÆCO-
LATINI.

HIPPOCRATES divus, Gynæciorum argumentum lib. aliquot inter omnes illustravit. Cujusmodi, de natura muliebri liber. Galvus, cujus ut prima versio, ita velitaria, bis hunc intulisse lib. Hippocrateis videtur. Inibi Asclepiada summus, affectuū partium genitalium muliebris sexus causas, signa & curationem potissimum persequitur. Idem carptim quædam etiam ad partum facientia immiscet. Libri argumenta pro instituto ordine Voluminis Pandectarum perpetuò adscribenda, veluti insequentium omnium causâ brevitatis hîc prætermittim⁹. HIPPOCRATIS, de mulierib. morbis lib. II. Gynæciorum materiam accuratius clarantes. In his inimitabilem se præstitit, ut quos, dicente Cardano, nec tota posteritas potuit plenè vel imitari vel intelligere. Cordæus, in primū luculentos 7. Comm. inscripsit. HIPPOCRATIS, de sterilibus liber: causas & curationem infœcunditatis refert. Cardanus dubium, nec nisi pro occasione necessariū, decernit. HIPP. de fœtus ectomia, seu partus immortui extractione, libellus: brevis admodum, Quem idem Cardanus incerti & parvi momenti libris connumerat.

THEOD. PRISCIANI Archiatri, ad victori-

istoriam (Salvianam alibi) Gynæcia sive Muliebria, tribus lib. inscripta, dictione Latina pura, editionis Basil. apud Frobenium, ∞ 10 xxxii. G. Krauth Medicus, Octavi Horatiani inscriptione, cum libellis medicis plurib. aliis conjunxit. editionis Argentor. apud Schottum, ∞ 10 xliv. charta fol. Prostant etiam nunc cum Medicis antiquis latinis, in Aldiniano codice, ad finem, editionis ∞ 10 xlvii. charta fol. G. Volphius Tigrinus, cum Moschione, Cleopatra, Alius, in Harmoniam, operis Gynæciorum conjecit. In præfatiuncula ad Timotheum fratrem, toti operi præfixa, auctor libellos suos stylo græco primum se conscripsisse, & latino demum sermone convestivisse, de seipso testis est.

CLEOPATRÆ Gynæciorum lib. 2. quos Theodeten & Methicum inscripsit. Volphius, Amicus noster, Harmoniæ Gynæciorum, cum Prisciani, Moschionis, scriptis subintulit. Cleopatræ Gynæcia M S. supersunt in Florentina Bibl. ad S. Mariam.

SORANI, Menandri & Phœbes F. Ephesii Medici, de utero & muliebri pudendo libellus. Græcè. editionis Lutetianæ, apud Turnæbum ∞ 10 liv. charta 8. cum Ruffo Ephesio. Aetius ejusdem fragmenta refert: De uteri imbecillitate, de uterino furore, de uteri resolutione, de uteri procidentia, œde-

mate, Satyrias: quæ sœcundæ mulieres dignoscantur, de scyrrho & scyrromate uteri. Et hæc omnia è IV. lib. SORANI Junioris, cujus Suidas est meminens, transcripta.

SORANUS Ephesius, Medicus Junior, Muliebrium rerum libros IV. scripsit. Suidas.

CL. GALENO adscriptus liber, de Gynæciis, cum cœteris spuris, una & altera pagina exstat, qui non nisi morborum aliquot matricis auxilia refert, jejuna & angusta penitus tractatione. Nic. Rhegius Calaber, è græcis latina fecit.

MOSCHIONIS, Medici græci recentioris, Mulieb. morborum liber, Græcè scriptus. Continetur Volumini Gynæciorum à G. Volphio concorporatus, cui Gesnerus animadversiones inscripsit. Latinum Moschionis exemplar Volphius eodem loco in Harmoniam, conjunxit. Græcus MS. codex, è quo primum Basileæ procudi cœpit, prostat in Augustana bibliotheca. aliud item exemplar, in Veneta SS. Joan. & Pauli. Nomen ipsum Moschionis, quum Judaicum sit, interpretis Judæi vel Latini esse, qui è græco latinum fecerit, Gesnerus censet; argumento, quod Moschion in præfatione latini exemplaris græcum Gynæc. librum, auctore non nominato, se convertisse profiteatur. At hæc citra vindicias arbitraria sunt, Latin;

LATINI PRISCI.

COELIUS AU^RÆLIANUS, sive SORANUS Latinus, in Opere Auctorum & Diuturnorum morborum, inter multos alios proprios sparsim citatos, nec exstantes, Gynæciorum libros etiam commemorat. CLV. Adrianus Junius adfirmat hunc auctorem LUCIUM COELIUM ARRIANUM nominandum, qui Celerum & Tardarum Passionum libros illos scripserit. Doctiss. Mercurialis passim lib. Variarum lectionum suarum, eisdem SORANI esse decernit, nec vana conjectura, ut legenti cap. 1. lib. 2. Celerum pass. & alibi patebit. Sorani proinde fuerint hi libri, ab Aureliano ex Græco, stylo Aphricano translati.

SATYRÆ Gynæcia M S. in bibl. Florentina, ad S. Mariam. Considerandum an **SOTIRÆ** obstetricis, apud Plinium.

SOTIRÆ obstetricis Gynæcia, titulo tenus commemorat Plinius Hist. Mundi lib. 28. cap. 7.

MUTIONIS, vel **MITIONIS** Smyrnæi, Gynæcia M S. ad S. Mariam, Florentiæ. Miktion aliquis, qui rhizotumena scripsit, citatus Plinio.

ARABES.

ALBUCASES Arabs, etsi ex instituto hoc argumentum non excoluit, Ea tamen, quæ libro 2. Chirurgiæ per capita aliquot retulit,

ad extractionē fœtus & secundinę per instrumenta chirurgica, faciunt. Exstat id opus etiam M S. in Bibliotheca Schenckiana, charta fol. cum picturis. Ad Albucasin auctorē referri quoque debet ALSAHARAVII Arabis Medici præstantiss. & vetustiss. Theorica & Practica, opera P. Riccii & Grimani edita. excusū opus Augustę Vind. ∞ IO XIX. charta fol. Eiusdem Alsaharavi Antidotarius M S. charta fol. paginis 310. & sectionibus 23. absolutus, exstat apud me in Bibliotheca Schenckiana. Idem Antidotarium, Galaf Israëlitę, vel Judęi Ilerdensis, natione Catalanin nomine exivisse fertur alicubi in Italia olim. Ad eundem auctorem referas, BULCASIS De medicamentorum præparatione librum, cum Me suis operibus conjunctum. quem alii Servitorem nominant. Sed & Albucafi Antidotarium apud Matthæum Dresserum exstare adfirmant. unde diligenti Alsaharavii theoreticę & practicę, nec non Albucafę & Bulcasıs atque Galaf librorum collatione & lectione, facilē adparebit unius Auctoris esse hæc omnia: nec malē de re medica promeriturum, quisquis ea conjunctim, cum Antidotario publica faceret.

De his in Pandectis.

AUCTORUM
LATINO BARBARI.

41

ALBERTI, Ratisponensis Episcopi, propter doctrinam MAGNI cognominati, De partu hominis lib. I. De formatione hominis lib. I. De secretis mulierum. Exstant cū Auctoris operibus.

HENRICI de SAXONIA, Alberti discipuli, De secretis mulierum liber, ab Alberto transcriptus. dictione barbara, nec magni momenti. editionis Augustanæ veteris, apud Sorgium, charta 4.

EROTIS Medici, Iuliæ liberti, Gynæciorum librum, curandorum morborum antè partū in ipso et post eum, primus omniū G. Krauth Medicus industrius exhibuit. editionis Argentoratensis, apud Schottum, ∞ I 3 XLIV. charta fol. cum Aesculapio, Octavio Horatiano, Oribasio, Hildegardi, Aliis. Exstat in super cum Medicis antiquis latinis, in Aldi codice, tertio loco. Editionis verò Lutetianæ apud Foucheriū. ∞ I 3 L. charta 16. Venetæ autem è Valgris I prælo, ∞ I 3 LIV. charta 8. cum B. Victorii empirica medicina: Lugdunensis apud Beraudum ∞ I 3 LXXII. charta 16. cum eadem. Tomis Gynæciorū posterius etiam adsociatus. EROTIS Medici, Iuliæ Augustæ liberti esse decernimus. Et TROTULÆ mulieri corrupta inscriptione vulgus attribuit. Hic enim, quod in nomen Heroïnæ suæ concessisset, EROS IULIA dicitur.

ctus. indeliteris immutatis, quibusdam intercidentibus, ΤΡΟΤΥΛΑ. Trotulæ exempla aliquot M S in Bibliotheca Schenckiana

CONSTANTINI Africani Medici, De mulierum morbis Lib. I. Cum operibus Auctoris conjunctus. editionis Basiliensis, apud Henr. P. ∞ 17. XXXVI. charta fol.

RECENTIORES MIXTI

ADAMI LONICERI, I. F. Germani, R. P. Francfurtensis Medici, De Obstetricatu Liber, patria lingua descriptus. editionis Francfurtensis, ∞ 17. LXXIII. charta 4.

ALBERTINI BOTTONI, Patritii, Philosophi & Medici Patavini, De morbis muliebribus liber. editionis Patavinæ, ∞ 17. XXCV. charta. 4. Gaspar Bauhinus, Basiliensis Antecessor, emaculatum in sequenti anno Tomis Gynæciorum ad sociavit. Capitibus LXXIII. absolutus. Hujus Auctoris, Dioresmos seu modus discurrendi circa morbos, M S. exstat apud me, in Bibliotheca Schenckiana. Et, De Vita longa, M S. apud Martinum Holtzapfelium, Augustanum Medicum. At de his in Pandectis medicis, locis debitis.

AMBROSI PAREI, Galliarum Regis primarii, Parisiensis Chæurgi, operum, quæ
Jacobus

Jacobus Guilemeau in splendorem primus dedit & latinitate convestivit, De hominis generatione Liber XXIII. in elencho Gynæciorum meritissimo habetur; quod copiosè & doctissimè ea, quæ ad hoc argumentum faciunt capitibus LXVII. persequatur. quibus etiam chirurgica instrumenta, & Partuum Icones subintulit.

BALDVINIRONSEI Gandensis, R. P. Goudanæ Medici elegantis, De humanæ vitæ primordiis hystoricisq; affectibus, infantilibusque aliquot morbis Centones. Capitibus LV. editionis ultimæ interpolatæ, officinæ Plantinianæ, ∞ I 3 XCIV, Prior enim Lovaniensis, apud Ant. Mariam ∞ I 3 LIX. Vtraque charta 8. Cum Iconibus.

BARTHOLOMAEI MERLINGERI, Germani, Augustani Vend. Medici, Regimen recens natorum Infantium, tum ad morbos infantiles auxilia. Linguâ patria germanica exstant ex Egenolphi prælo apud Francfurtum, cum magni Alberti secretis mulierum, ∞ I 3 XXXI. denuò eodē loco, cum Alberti Rhodionis, Bonacioli, scriptis an fragmentis, junctæ.

BASSIANUS LANDUS Placantinus, Patavinus Professor, in Historia humana meminsens est, Commentariolorū suorum, qui de prodigiosis Partibus inscribantur.

CLAUDIUS GIARDINUS, scripsit de
Partibus

Partu dierum CLXXI, librú, editionis Anconensis, apud Astulphum de Grandis, ∞ I 7 LXXII, charta 4.

EUCHARII RHODIONIS, Germani Francfurtensis Medici Physici, Rosetú gravidarum, sive Gynæcium, De partu hominis, parturientium, infantiumque morbis & obstetricatu, cui viva agalmata nascentiú ex utero partuum inservit. Germanico idiomate invulgata, Francfurti apud Vigandum Han, ∞ I 7 LVII, charta 8. cum magni Alberti, Bonacioli, Cubæ, fragmentis, Capitibus XII. Indidem latina linguâ exhibita, editionis prioris loci, prælo Egenolphi ∞ I 7 LXIII, priori forma. Liebauus in thesaurum sanitatis aliquid inde transcripsit.

FRANCISCI ROUSSETI, Galli Medici, *ὕπεροτομοτοκία*, sive De partu Cæsareo, in genioso & memorabili, Liber, ab auctore Idiomate gallico perscriptus, medicis passim historiis illustratus & confirmatus. A Gasparo verò Bauhino latinitate donatus, qui lectissimis insuper exēplis alijs, & raris observationibus maectavit, inque splendore dedit editionis Basiliensis, apud Valdkirchium, ∞ I 7 XXCII. charta 8. Tomis inde Gynæciorum cum multis alijs insertus. Sed & Francfurti Bassæus excudit ∞ I 7 CI. charta 8. Versionē germanicam Melchior Sebitzius,

bitzium, Medicus Argentoratensis exhibuit,
 è prælo Jobini ∞ Io XXCIII. charta 8.

GASPAR BAUHINUS, Basiliensis Anatomicus & Britanicus, Illustris. Principis Wirtembergici, unà cū Clariss. F. suo, & ipse Medicus, Amicus paternus, cū ob editionem operis Gynæciorum, tum verò Partus Cæsarii historiam illustratam & interpolatam, hoc argumentum plurimum excoluit.

GASPAR VOLPHIUS, Tigurinus Medicus, Gesnerianæ hæres professionis & Bibliothecæ, quibus & ipse prioribus annis immortalus est, Amicus paternus, Cleopatæ, Moschionis, Prisciani, & Incerti cujusdam, muliebrium libros, superfluis ac repetitis omnibus recisis, in Harmoniam conjunxit. Et his libris operi Gynæciorum colligendo imprimendoque occasionem præbuisse videtur. Præterea Moschionis, Medici græci recentioris de passionibus mulierum librum, Gesneri manu repurgatum, edidit Græcè. Exstant Tomis Gynæciorum concorporata. Interciderunt viri huius abitu modicæ divitiæ & numero multæ & precio magnæ: inter quas Pandectarum volumen, Insectorum historia, Encelii Piscium & insectorum aquaticorum historia, Gesneri praxis, Gesneri opus Botanicum penes Camerarium cum multis aliis.

GEORGIUS PYLANDER Germanus, de

morbis mulierum scripsit, ut adnotavit Varro Tigurinus, & Germanicus Plinius, G E S N E R U S, hunc exstare publicitùs nescio.

G E O R G I P I C T O R I (M A L E R) Villingani, Germani apud Regiam Curiam Enfishemi superioris Alsatia Medici, Gynæciū, quo docetur, quī gravidæ multa pericula evitent, cui præter cætera morborum pueriliū tractatio inserta, Idiomate germanico, editionis Francfurtensis ∞ 15 L X I X, denuò verò ∞ 15 L X X V I, charta 8.

G U A L T H. H E R M. R I F F I, Argentinen-
sis Medici, Rosetum gravidarum, ab auctore inscriptum, sive Gynæcium, quo plurima & periculi plena accidentia & morbos, in ipso partu & post eum, tum parienti, tum infanti supervenientes, retulit. cui præterea victus & obstetricatus ratio inest. Primæ partis argumenta sunt xxxix. secundæ xliix. linguâ germanica, editionis Francfurtensis apud Egenolphum ∞ 15 L X I, charta 8.

G U L I E L M I R O N D E L E T I, Monspel. CL. Medici, Regiique Profess. operum M S. & è posthumis monumētis Jouberti cōmunicādorū, inter multa, ad hāc materiā faciūt: De affectib⁹ gravidæ, parturientis, & puerperæ, de impedimentis generationis, quæ ex auctoris instituto in opere Medicinæ practicæ, dudū publicato, primū locum sibi vindicare debebant.

Hieron.

HIERON. CAPIVACCI, Medici Philosoph. Patav. excellentis. Gynæciorū tractatus, cujus in Cratoniano opere mentio incidit.

De uteris librum in lucē retulit Martinus Veinrichius Silesius Medicus præstantis.

HIERONYMI MERCURIALIS Foroliviensis, Antecessoris Patavini, & divinæ Italię divi Medici, de morbis muliebribus Libri IV. ut reliqua Auctoris omnia, doctissimi, quorū hæc series: Lib. I. de morbis, qui circa cōceptū contingunt, continens IV. capita. Lib. II. de morbis, qui circa conceptum, capitibus, V. Lib. III. de morbis, qui circa nutritionem partus, idque vel circa lac, vel circa mammas, capitibus VII. Lib. IV. & ultimus, de morbis quæ circa constitutionē seu universum uterū statum, capitibus XXIIV. Hos libros Gaspar Bauhinus ex Auctoris lectionibus, eū in ordinē coëgit. Exstant Tomis Gynæciorum. Alii etiam Venetā editionem allegant. **MERCURIALIS** Ratio lactandi infantes, conparecchi opere Italiane. Hæc ex catalogo Bibliothecæ Hieremiæ Martii.

JACOBUS OETHAEUS, doctrina & experimēto Claris, ætatis nostræ Medicus, ex iis quas in artis operibus cum iudicio & diligentia pervidit, observationes, Muliebrum morborum libros accuravit. M. S.

JACOBI RUEFF, Tigurini Chæurgij, de conceptu & generatiõe hominis, & iis quæ circa hæc potissimum considerantur, libri v. Iconibus partuum, & instrumentorũ Chæurgix adhibitis. Sunt autẽ seorsim aliquoties, Tiguri, Francfurti, alibi, Latinè, tũ & germanicè procusi. Conjunctim verò Tomis Gynæciorũ adsociati. Vvolphgãgus Hallerus è germanico exemplari primum latinos exhibuit. Auctõr ad finẽ ejus operis, librum de puerperarum, infantiumq; recens natorũ variis ægritudinibus, ex iis quæ hinc inde à multis utiliter prodita sunt, pollicitus.

JACOBI SYLVII, Ambiani Galli nominatissimi Medici, de mensibus mulierũ & hominis generatione Commentarius. Alexãdro Arnando emendatore. In opere Gynæciorũ. Guil. Christianus Aurelianensis in gallicum idioma vertit.

JASONIS PRATENSIS, Zyricæi, ph. & Med. elegantis, De uteris libri II. quorũ primò Embryonis in muliebrib. locis corporationẽ, secundò, qua victus ratione salubriter perficitur, & gravida citra ullius incommodi tormẽta degat, cõmonstrat. Editionis mihi incognitæ: hæc enim ab Auctõre ipso in fronte libelli de pariente & partu præmittũtur. De pariente & partu liber: obstetricibus, puerperis, & nutricibus vtilissimus. in quo præter historiarũ amœnitatẽ eruditio est nõ vulgaris, edi-

tionis ∞ 10 XXVII. charta 8. loco impressio-
nis nō adscripto. Hunc auctor libellos de ute-
ris ob argumenti continuationē insequi vo-
luit: ut enim in illis de embryone cōcepto, in
his de partu ipso pertractavit. De sterilitate ar-
cēda, & progignēdis liberis, Cōmentarius, e-
ditionis Antuerpiensis apud Hilleniū ∞ 10
XXXIX. charta, 4.

JOANNES ALBOSIUS, Senensis clarif-
simus Medicus, Auctor & observator Litho-
pædii Senonensis, sive Embrii in utero ma-
terno petrefacti, quod viva historia memo-
rabili contexuit. Huic phycas exercitatio-
nes eruditas Simon Provancherius inscripsit.
Cōtinetur inserta observationib⁹ quarti libri,
D. Schencki, parētis nostri: & præterea Ruf-
feti de partu Cæsareo Lib.

JOAN. BAPT. MONTANI Veronensis,
Patavini olim Profess. celeberrimi, De uteri-
nis affectibus libellus. Cū Auctoris operibus
conjūctus: & verò Gynæciorū libris insertus.

JOANNES CRATO à Crasheim, Ura-
tisl. III. Imppp. Cæss. Auggg. Archiater, in *ἵεροφ.*
φιλόσοφ., adeoq; divini Hipp. judicio *ἰσόλογ.*,
quo eū elogio Anancastes cohonestavit, scri-
psit Gynæciorū libellū per brevē, quo ad ple-
rosq; mulierū morbos familiariacōpbatiusus
& selecta auxilia sesquichartis refert. Eū, CL.
Scholzi⁹, de Cratōianis mōumētis æternādis
pręclare merit⁹, Amicus patern⁹ singularis, li

bro IV. consil. & epist. primū intulit, demū cū magno opere Cratoniano conjunxit.

JOAN. GUNTERII ANDERNACII, Gynæciorū Cōmentariolus, de Gravidarū Parturientiū, Puerperarū & infantiū, cura: in publicū venit è Schëckiana Bibliotheca medica.

JOAN. LE BON, Heteropolitani, Regis & Cardinalis Guisiani Medici, Therapia puerperarū, libellus brevitae, cū verò selectis experimentis illustris, Heroinis & Magnatibus potissimū expetendus, editionis Francfurtësis cū HollerI medica praxi ∞ 10 XXXIX. Liebauti^o thesauro sanitatis, ex variis selecto auctoribus, medici cōpendii instar, postremo loco subintulit, Bauhinus aliquid immutavit, & tomis Gynæciorum primus conjunxit.

JOANNIS LIEBAUTI, Divionësis, Medici Parisiësis, de sanitate fœcunditate, et morbis mulierū Libri III. Latinè scripti, lingua exstant gallica. editionis Lutetianæ apud Jac du Pais ∞ 10 XXXII. charta 8.

JOAN. LONAEI BOSCHII, Medici Antecessoris, in Acad. Ingolstadiāna, De humano conceptu Theses, ann. ∞ 10 XXXIII. disputatæ Eodem loco editæ.

JOANNIS MARINELLI De ornāmētis mulierū. Lingua Italica, editionis Venetæ valgrisianæ, ∞ 10 LXXIV. De morbis mulierum. eadē tum lingua, eademq; ex officina. Ex his libris, Hieremias Martius alterum Germanicè
● convertit.

JOANNES SCHENCKIUS, à Grafenberg Medicus, Parens mihi cum natura, tū virtute amantissimus, Quarto operis OBSERVATIONUM & medicarū paratyrisē, circagenitalia sexus muliebris, cōceptionē, super fœtationē, partum, embryotomiā, molā, puerperia, menses, uteri deniq; ectomiā, & alia, Rara mult, scitu digna in publicū retulit. Ut argumentū inter omnia necessariū & illustre cēseri debeat. Theoremata enim artis, & canones cū in arte nostra, hucusq; sufficiēter exculti; Defuit hactēus picta illa Pathologia, & historica memorabilis praxis, è naturæ libro usu & experimēto eruenda. Cæterū id OPUS OBSERVATIONVM interpolatū, magna accessione maētū, ut primū occasio erit, conjunctim tomis duob. charta FOL. invulgabimus.

ISRAEL SPACHIUS, Argentinensis Medicus, Gynæciorum libros posterius conjunxit, atque in publicum retulit.

I. C. SCALIGER, Herois & Medici utraq; laude cluentis, de semine genitali lib. VII. ut auctoris reliqua, augustiss. quibus de hōinis generatione, tū de causis ejusdem, atq; itē sterilitate, quæque ad fœtū utero contentū, vel extra hunc, facere vidētur, egit. Desiderantur hactenus. & unā cū Libris Botanicis, Originū, Exercitationū Exotericarū Familiariū, Nobilium, Aliisq; sive perierunt sive delitescunt.

LEONELLI FAVENTINI, De Victoriis,

apud Felfinēses olim Practici Medici, De Hysteri-
 cīs affectibus tractatus, cōjunctus cū Au-
 ctoris pueriliū morborū libro, Georgio Kuf-
 nero accurante, Gynæciorū sive muliebrium
 morborū lib. eodē Auctore, M. 5. Viennæ Au-
 striacæ adseruari, & apud Christoph. Herper-
 gerū Medicū superfuisse legimus. qui cum su-
 periore fortassis idem fuerit.

LIBER MATRICIS, Auctoris incogniti,
 à G. Volphio cū Prisciano, Moschione, Cleo-
 patra, in Harmoniã relatus. Cui proinde cer-
 tam classem adscribere non licet.

LUDOVICI BONACIOLI, Medici Ferra-
 riensis illustris, Enæas muliebris, cōprimis
 elegans, ad Divam Lucretiam Borgiam, Fer-
 rariæ Ducissã. in lucē vēit in Italia, ut apparet
 charta fol. minori. prima ex hac capita tria de
 vteri fabrica, separatim cōstat edita Argento-
 rati apud Syboldū, charta 8. Posteriùs Tomis
 Gynæciorū totus liber insertus, Cap. sunt 1 x.

LUDOVICI MERCATI Hispani, Medici-
 næ in Vallefoletana Academia professoris,
 Gynæciorū siue de mulierū, virginū, viduarū,
 steriliū, prægnañtiū, puerperarū, & nutricū
 morbis cōmunibus, Libri 1 v. Primi sunt capi-
 ta, xvii. secundi, xxix. Tertii, xxii. ultimi, xix.
 Opus insigni doctrina cluens. editionis Basili-
 ensis, apud Valdkirchiū, ∞ 10 LXXXIX charta
 4. præterea Tomis Gynæciorū, de eodē ar-
 gumento selectis, existant. MAU-

AUCTORUM.

MAVRICICORDAEI Rhemi, Parisiensis Medici doctiss. Cōmentariū luculenti VII. in primū Hippocratis *πρὸς γυναικείας*. editionis Lutetianæ, ∞ 15 XXCV. charta fol. & Tomis inde Gynæciorum operis conjuncti.

NICOLAI ROCHEI, Medici Galli, De morbis mulierū curandus liber: partim ex veterū Græcorū, Latinorū & Arabū monumentis, partim experientia propria confectus. In opere Gynæciorū. Capitibus XXXII. Auctor in præfatiūcula ejus libri, aliorū quoq; cōmunicandorū meminēs est, maximè verò libri De semine genitali, & meatuū membrorūq; seminariorū morbis, libri de natorū educatione & eorum morbis.

RENATVSTHIONEAV, Medicus Turonensis, scripsit miraculosam Historiā, fœtus in utero Menses XXIII. apud Turonenses gestati, circa Ann. ∞ 15 XXG.

RODERICIA CASTRO LUSITANI, philosophiæ ac Medicinæ Doctoris per Europam notissimi, de universa mulierum medicina, novo & antehac à nemine tentato ordine opus absolutissimum. Hamburgi, in officina Frobeniana, typis Philippi de OHR. Anno 15 15 cIII.

SPERONUS SPERONIUS, in literas dedit, Dialogum De partu mulierum. hunc testem laudat Marcellus Donatus, historia medicæ mirabili, pagina 219.

THADDAEIDVNI, Locarnensis Clariss, Medici, Muliebriũ morborũ omnis generis Remedia, ex Discoride, Galeno, Plenio, Arabibus, ex Barbaris studiosè collecta, & ex ordine per morborum classes disposita. editionis Argentoratensis officinæ Rihelii. ∞ D LXV. charta 2. Capita libelli xxx.

WIRTEMBERGICUM JATREION, ex Cimeliis & selectis comprobati usus Experimentis congestũ, libro secundo, ad morborũ muliebriũ, tũ & infantũ recens natorũ curationẽ, per classes, laudatissima expromit remedia, & ob copiam atq̃ue delectũ fortassis vel obiter huc referatur. Quod cũ nonnisi lingua germanica (quæ est medicinæ hodierni temporis prophanatio) existet; Nos Exotericorũ Experimentorũ ad diversos morbos, è præcipuis medicorũ libris selectorũ, Decadẽ latinã propediẽ, non sine Deo, publicabimus.

Muliebriũ tractationẽ nõ pauci præterea sparsim libris suis, interdum ampliore argumento profecuti sunt, præsertim qui Practicas medicinæ, Anatomica, & cõsilia sive Responsa publicarũt: quos vel quod nõ ex professo atq; instituto Gynæcia conscribant, tum quod in Pandectarum volumine, & Jatricis nostris Bibliis accuratius de his pertractatum sit, meritissimò prætermisimus.